

19

DE FIXIS POETARUM LATINORUM
EPITHETIS

scripsit

Fridericus Seitz, Dr. phil.

Part. I.

1890. Progr.-Nro. 431.

Schul. Pro.

Elberfeldae 1890.

Typis expressit S. Lucas.

19 gel
1
(1890)

0



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



DE FIXIS POETARUM LATINORUM
EPITHETIS

scripsit

Fridericus Seitz, Dr. phil.

Part. I.

1890. Progr.-Nro. 431.

Elberfeldae 1890.

Typis expressit S. Lucas.

L. P. 19
25

MUSEUM LATINORUM DE FIZIS POITIVIA



script

Friedericus Seitz, Dr. phil.

Part. I.

1880 Progr.-No. 401

Elbertelbae 1880.

Typis expressis S. Lorenz

10 9 43

Poetis latinis cum alia tum ea adiectiva quae ex artiore duorum nominum aut nominis et verbi coalescunt coniunctione sonororum praebuerunt ornatum. Qua in re versus hexameter¹⁾ a Catullo et Lucretio inde respuit Enni Plauti aliorum ponderosam audaciam, praetulit leviora quae ex nomine et verbo confinguntur, inter quae praevaluerunt brevibus syllabis conferta a verbis ferendi et gerendi deducta.²⁾ In illis confingendis satis audax est Catullus nec non Vergilius, audacissimus Ovidius³⁾, qui posterioribus divitem suppeditaverunt ornatum. Ex his primi p. Chr. n. saeculi epici nihil fere novasse paucaque habere peculiaria, poetas vero a saeculo inde tertio maximeque christianos esse audaciores eosdemque vel hac in re poetarum qui viguere ante Catullum non semel sectatores exemplis sat multis eorumque maxime quae singuli poetae confinxisse putandi sunt, demonstrasse mihi visus sum l. l. p. 28 sqq.

Jam vero ab Augustea inde aetate haud pauca sonora maxima ex parte adiectiva fixa quodam modo facta esse epitheta, quam rem speciminis instar paucis tetigeram magis quam explicaveram l. l. p. 27 sq., nunc plenius persequi in animo est eo consilio, ut vel hac in re arta poetarum latinorum ad seram aetatem vicissitudo validaque trium aevi Augustei heroum perspiciatur auctoritas, qualis Vergili detecta est maxime a

¹⁾ cf. J. K. Köne die Sprache der röm. Epiker (Monast. 1840) p. 200 alias. F. C. Hultgren in Fleckeis. ann. 1873 p. 763 sq. Luc. Mueller de re metr. p. 383.

²⁾ F. Stolz die lat. Nominalkompos. (Innsbr. 1877) p. 75 sq. Guil. Wilbertz de adiect. poet. lat. usque ad Catull. comp. Marburg 1884; cf. etiam mei indices de adiect. poet. lat. comp. Bonnae 1878 p. 14 sqq.

³⁾ Multo audacior est quam visus est C. Draegero 'Ovid als Sprachbildner' Aurich 1888, quem plura fugisse demonstravi in Wölfflini ephem. lexicogr. VI (1889) p. 292 sq. Pauciora corrigenda reliquit qui post alios in metamorphoseon sermonem inquisivit J. Favre Paris 1835; sed singula hoc loco corrigere nolo.

Domenico Comparetti¹⁾, Horati a Martino Hertzio²⁾, Ovidi nuper incohata est a Paulo Ehwaldio³⁾. Attamen quos congressi indicibus tantum abest, ut qui aetate fuerit posterior a priore recta imitatione epitheton desumpsisse velim tibi persuadere, ut summo opere cavendum esse moneam, ne talia ex aperta aemulatione profecta esse statuas, nisi accedant graviora, artior imprimis totius versus vel complurium vocabulorum in eiusdem similisve rei descriptione consensus. Immo vero fatendum est mirum hac aetate grassari ardorem ne dicam furorem investigandarum imitationum⁴⁾, qua in re tirones potissimum prima mereri solent stipendia, non tamen soli.

Rem quantum nostra interest, paucis illustrabo. Carol. Schenkelius act. acad. Vindob. 1871, 306 Claudianum de IV. cons. Honor. 143 Jæp. Hammonem cornigerum dixisse contendit secutum Val. Flacc. II 482 Baehrens., a quo aliud nihil mutuatus est. Attamen ab Ovidio inde tredecim non minus locis, qui infra afferentur, hoc adiectivum deo Libyco est appositum, atque satis est memorabile omnes ad Corippum usque uno excepto Valerio illud corniger Hammon coactos versus necessitate posuisse in initio hexametri; cf. infra p. 8. Praeterea satis constat rarissime lectitatum esse Valerium, quamvis nemini nisi aetate proximis eum notum fuisse falso iudicasse videtur G. Meynckius quaest. Valer. Bonnae 1865 p. 31, qua de re nunc adeas Max. Manitium Philol. 1889, 248 sqq., Mus. Rhen. 44, 543 sq. — Neque maiore probabilitate R. Amann de Corippo prior. poet. latin. imitatore P. II. Oldenburg. 1888 p. 16 tibi videbitur statuisse Corippum Joh. I 206 Partsch. mare velivolam mutuatum esse a Juvenco lib. evang. (ed. C. Marold Lips.

¹⁾ Vergilio nel medio evo quem librum convertit in nostrum sermonem Joa. Duetschkus Lips. 1875.

²⁾ qui post H. Paldamum de imitat. Horat. Gryphiswald. 1851 eaque quae disputavit A. Zingerleius zu spät. lat. Dichtern I (Innsbr. 1873) p. 1 sqq. scripsit anal. ad carmin. Horat. hist. I—V, Vratisl. 1876—82.

³⁾ ad hist. carmin. Ovidian. recensionemque symbolae Gothae 1889, ubi Tristia potissimum respiciuntur; cf. etiam indicem auctorum et imitatorum in Tristium editione Oweniana Oxon. a. 1889 edit.

⁴⁾ cf. ex. gr. hac de re Lud. Jeepi prol. in Claudian. II p. CXLVI sq., G. Wissowa nunt. erudit. Gotting. 1889, 293 et O. Crusius Fleckeis. ann. phil. 1889, 646 disserentes de Ellisio Orienti et Aviani editore.

1886) II 11, si memineris a Vergilio A. I 224 inde, qui primus huic adiectivo passivam tribuit notionem (cf. de adi. p. 8), hoc maris epitheton gratum fuisse etiam Ovidio P. IV 16, 21, Auson. XXVII 7, 10 Schenkl., Prudent. c. Symm. II 801 Dressel., Dracont. de deo (Migne 60, 679 sqq.) II 185. Eodem iure contendes Dracont. d. d. I 149 et Venant. Fortunat. c. VIII 9, 31 Leo et Aldhelm.¹⁾ de laudib. virginum p. 134 Giles dicere mare navigerum secutos Lucretium I 3. Ceterum ut hac occasione data adiciam, satis dignum est quod commemoretur velivolus navium aut puppium epitheton post Lucret. V 1442 (ceteros locos v. de adi. p. 7 sq.) non legi nisi in primi aut secundi p. Chr. n. saeculi titulo edito ab Henzeno bull. dell' inst. di corr. arch. a. 1872 p. 30 et in incerti fortasse eiusdem aetatis poetae versu a Mario Victorino asservato apud Baehrens. FPL inc. fr. 114, adde (Juvenci) de laud. dom. (Migne 19, 53 sqq.) 54 (rostra). — Itidem quos adfert locos G. Luehrius de P. Papinio in silvis priorum poet. rom. imitat. Brunsberg. 1880 p. 4, ut Catullum a Statio imitando expressum esse demonstrat, nihili sunt ad id quod voluit demonstrandum, quodque ut alia mittam vel levioris momenti, a Catullo 11, 7 Statium silv. III 5, 21 Baehrens. Nili epitheton septemgeminus desumpsisse contendit, fallit eum sententia²⁾; neque est causa, cur non statuamus etiam hoc deberi Vergilio A VI 800; quod fixum factum est epitheton, cuius rei infra praesto erunt loci. Nam Vergilium se studiosissime lectitasse in silvis non uno loco testatur Papinius (cf. IV 2, 8. 4, 55. 7, 27. V 3, 62) eundemque aperta expressit aemulatione.

Mitto singula, quae facile duplicari possunt. Talia legentibus nobis in animum venit Senecae illud ep. 33, 1 *nolo illas* (voces) *Epicuri existimes esse; publicae sunt et maxime nostrae*; cf. etiam ep. 21, 9. — Alterum addo. A Claudiano Vergilium studiosissime lectitatum esse satis constat post Woldemari Ribbeckii syllogon Ottonis fratris editioni adiectam atque post Stephani Gramlewiczii quaest. Claudian. Vratisl. a. 1877 editas,

¹⁾ de laudibus virginum p. 147 corrigas *humida fluctivagi sacramentem caerula ponti* e. q. s. collatis locis p. 136 et 158.

²⁾ Vana eadem de re protulit Ant. Danyszkius de script. imprimis poet. rom. studiis Catullianis, Posnan. 1876 p. 36 sq.

qui auxit indices suos in Jeepi editionis t. II p. LXXVII sqq. At vero quae eadem de re collegit Frid. Trumpius (observat. ad genus dicendi Claudiani eiusque imitationem Vergilianam spectantes Vratisl. 1887 p. 38 sqq.), si legeris addiderisque quae facile addi possunt, nihil fere eis quae ex Vergilio corrasit corripuitque Claudianus, de suo addidit. Idem de multis observatur dissertationibus quae in tali similive re versantur. — Immo vero ut manifesta agnoscatur imitatio, primum cavendum est, ne nimium tribuatur eis quae a Vergilio Ovidiove ficta et novata ad supellectilem ut ita dicam poeticam comparandam, in communem abierunt poetarum usum et ex communi linguae usu recepisse putandi sunt posteriores. An aliis atque lingua latina ferebat vocibus poeta uti debebat qui post Vergilium et Horatium Ovidiumque, e quibus hic et priorum et sui ipsius studiosissimus fuisse videtur lector¹⁾, idemque post argenteae quae vocatur aetatis epicos illorum strenuissimos certe sectatores iisdem saepe numero adhibitis rebus et mythologicis et historicis geographicisque composuit carmen? Neque quod idem vocabulum bis invenitur apud binos poetas, e quibus altero alter fuit posterior, alias vero nusquam²⁾, sufficit rectam statuere imitationem, nisi accedant graviora. Probe vero scio qui hac aetate quae in poetarum latinorum posteriorum imprimis saeculorum nec non christianorum carminibus accurate edendis laudabilem posuit operam, editionibus adici solent indices cum auctorum tum imitatorum, parum saepissime pretii habere ad unius cuiusque et indolem et artem recte diiudicandam, plurimum vero valere ad dignoscendam artam litterarum latinarum cognationem. Seiungenda quoque ut quae casu, quae certo consilio consentiant, possit discerni, quibus in versu hexametro, quo plurimi poetae, epici imprimis usi sunt, non est locus nisi aut in initio aut calce versus certis admodum legibus circumscriptis; qua de re

¹⁾ qua de re adeas Ant. Zingerlei librum, Ovid und sein Verhältnis etc.; quod ad epithetorum ornatum pauca invenies l. I. III 24. De Ovidio sui imitatore post ea quae monuit Zingerleius l. I. I 7 sqq., nunc adeas Alb. Lueneburgi libellum Jenae a. 1888 editum.

²⁾ ex. gr. videsis quae collegit B. Deipserus de P. Papinio Statio Vergilii et Ovidii imitatore = diss. Argentorat. V (1881) p. 99 sqq., ubi in capite primo de adiectivis agitur.

videas quae post alios dilucide composuit Ant. Zingerleius zu spaet. lat. Dichtern I p. 32 sqq.

Licet vero poetica illa supellex splendidusque gravium epithetorum ornatus qualis excultus est a Vergilio maximeque Ovidio, unum alterumve summo opere invitaverit ad imitationem, indicibus quos iam congesturus sum, demonstrare operae pretium mihi visum est cum apposita haud pauca cum deorum et hominum nominibus adeo coaluisse, ut cognomina rectius esse putes quam epitheta, id quod in Graecorum poesi Homeri maxime exemplo latinis quoque poetis Vergilio imprimis probato factum esse luculentissime diu patet¹⁾, tum alia quaedam adiectiva in describendis rebus mythologicis maximam partem et geographicis quasi typica facta esse epitheta sive eiusdem rei propria sive complurium rerum communia. Hoc igitur sensu dicam de fixis poetarum latinorum epithetis eo aliquantulum functurus munere, quo opus esse dicit Lud. Jeepius Claudian. carm. II p. CXLII optans, ut ad iustiore[m] cuiusque poetae aestheticam ut ita dicam aestimationem quae iterum iterumque apud poetas occurrant rerum sententiarum verborum coniunctiones accurate colligantur.

In conscribendis vero indicibus ultra Venanti et Corippi aetatem progredi parum praebuit lucri; ex hoc enim tempore magis magisque evanescit hac quidem in re valida. Vergili Ovidique ad id tempus apud plerosque auctoritas; attamen vel saeculo quinto sequiores me non prorsus neglexisse facile observabis. Eum autem in hac disputationis parte servabo ordinem, ut primum colligam deorum dearumque et heroum epitheta, deinde componam quae adhibuerunt poetae in rerum geographicarum maxime descriptione. Qua tamen in re versaturus facere non possum quin de formatione et notione quorundam adiectivorum compositorum pauca adiciam.²⁾

¹⁾ cf. E. Krah de fixis quae dicuntur deorum et heroum epithetis Regimont. 1852 p. 3 sqq.; J. F. E. Meyer de epithet. ornant. vi et natura deque eorum usu apud Graecorum et Latinorum poetas, Utini 1837 p. 10 sqq.; H. Storch, das epitheton ornans, Ratibor 1858 p. 15.

²⁾ Adnoto hoc loco, ut parcam chartae, eo tantum loco, quo primum citatur poeta, me indicasse qua usus sim editione, exceptis sane eis poetis qui in omnium manibus esse solent. Carmina vero quae centones vocantur, me neglexisse non est cur moneam.

Ab Jove principium; cuius epitheta enumerare omnia nolo¹⁾. Unum promam. Hammon Libyae deus *recurvis cum cornibus formatus* (Ovid. M. V 328) est, unde ab Ovidio primum dicitur corniger Hammon A. A. III 789, M. V 17, XV 309, quem secuntur Lucan. III 292 Weber., Val. Flacc. II 482, Sil. III 10. XIV 572 Ernesti., Claudian. IV cons. Honor. 143, Coripp. Joh. II 100. VI 147. 556. VIII 252. 304, adde undecimi p. Chr. n. saeculi poetam Amarcium serm. II 50, ubi Manitius Ovidi locum M. V 17 adnotat; accedit corniger Juppiter Ovid. Ib. 296, Sil. III 667, XVI 262, Lucan. IX 545, denique corniger vates Stat. Th. VIII 201 Kohlm. et turgidius quam pulchrius dictum Prudent. perist. 10, 222 tauricornis Tonans. Verum illud corniger Hammon ab Ovidio inde usque ad Claudianum versus hexametrum incipere supra p. 4 iam monui, a Corippo vero et Amarcio non minus apte poni in calce versus nunc addo. — Clarissimum autem est oraculum Hammonis, nam *fata canit venerabilis Hammon* (Avien. orb. terr. 316 Holder.); unde dicitur fatidicus Hammon Coripp. Joh. VII 516, adde eiusdem dei f. lucum Sil. I 414. III 11, et f. arenas Sil. XV 672. Idem epitheton saepius adhibetur, si Jovis Dodonaei fit mentio, veluti Ovid. F. V 627 f. Juppiter, Sil. III 680 f. murmur Jovis Dodonaei, Val. Flacc. I 304 f. silvae, Senec. Herc. Oet. 1474 Leo et Claudian. bell. Pollent. 137 f. quercus. Porro est Phoebi Ov. F. II 262 Senec. Oed. 1042, Lucan. V 70, Avien. orb. terr. 705, Troil. Alb. Stadens.²⁾ ed. Merzdorf I 583; adde Avien. orb. terr. 7 f. Cirrha, Senec. Oed. 269 f. vatis ora Cirrhaeae; denique hoc epitheto adornatur Sibylla Verg. A. VIII 340 Sil. XVII 2, Stat. silv. III 5, 97, Auson. XXVII 2, 85; idem reddere maluerim undecimi p. Chr. n. saeculi poetae Amarcio, quem e codice Dresdensi nuper edidit Max. Manitius (Lips. 1888), scribens serm. III 62 *cum prope fatidicae veniet promissa Sybillae*³⁾ quam

¹⁾ de Jovis apud graecos poetas epithetis adeas E. Krah de fixis quae dicuntur deorum et heroum epithet. Regimont. 1852 p. 14 sq.

²⁾ cuius inusitata aut nova adnoto IV 299 multifluus 546 nubiger 758 stelliparus 774 solifer V 34 aurivomus VI 855 laboriperus = laborem parans; unus quod vidi post Ovidium (ep. I 55) mutuatus est V 1855 semi-sepultus.

³⁾ Idem mendum quod in Iliad. lat. v. 31 (PLM Baehrens III 9) codices quidam exhibent, in fatidici diu correctum est.

accipere quod traditur vatidicae aliunde quod vidi ignotum nisi Theodulfo (poet. aevi Carol. ed. Duemmler I 475) de temp. antichrist. v. 22 (lituus) idemque audacius formatum quam quod condonaveris poetae optimorum studio satis instructo, qua de re vide Maniti prol. p. XV sq. Ceterum id quod premere nolo, Statium se legisse Amarcus ipse testatur IV 478 et parcissimus est in talium adiectivorum ornatu, qualia inusitata habet, non tamen optimorum exemplis non probata I 353 diversicolor III 637 solifuga IV 24 caelipotens IV 253 Francigena. Addo eum sua fecisse fixa epitheta II 50 corniger Hammon II 130 bifrons Janus 630 semiferi Thraces III 639 squamigeri pisces.

Ceterum ut absolvamus adiectivi fatidici historiam, satis memorabile est hoc passivum adsumpsisse sensum apud Coripp. Joh. V 164 *fatidicum dum quaerit iter*, atque sero certe saeculo idem esse quod *divinum* testantur glossae; cf. G. Loewii gloss. nom. a. G. Goetzio edit. indic.

Saturnus apud Romanos auctor est agriculturae idemque rex illius aetatis, qua illa est instituta (cf. Preller roem. Myth.³ II p. 11 sq.); ad utrumque spectat, si deus dicitur falcifer Ovid. F. I 234, falcifer senex Ovid. F. V 627. Ib. 214, Martial. XI 6, 1 (cf. Saturnus senex Vergil. A. VII 180, Prud. c. Symm. I 233), Apoll. Sidon. c. 15, 61 Luetjohann., falcifer Saturnus Dracont. d. d. III 113, denique falciger caeligena Auson. V 16, 36, ubi utrumque est novum. Restat locus intricatissimus Martial. V 16, 5, ubi quod traditur *nam si falciferi defendere templa Tonantis*, dudum intellectum est falsum esse vocabulum in calce versus, quod summi numinis epitheton christianis quoque poetis acceptissimum semel plurali adhibetur numero Senec. Med. 59 Leo *sceptriferis Tonantibus*. Ceterum Martialem de Saturni templo in Capitolio dicere ipso epitheto stabili elucet, quod cum nusquam absolute¹⁾ Saturni loco

¹⁾ Gratissimum sane hoc artificium esse poetis ex indicibus satis apparet; addo haec: anguipedes = gigantes Ovid. M. I 184, claviger = Hercules Ovid. M. XV 22. 437. F. IV 68. Sil. III 14, Saturnigena = Jupiter Auson. XXI 22, Phoebigena = Aesculapius Verg. A. VII 773, Latonigenae = Diana et Apollo Ovid. M. VI 160, Gemellipara = Latona Ovid. M. VI 315, Lemnicola = Vulcanus Ovid. M. II 757, peltiferae puellae = Amazones Stat. Th. XII 761, semimares = corybantes Ovid. F. IV 183; cf.

usurpetur, impedit simul quominus aliud ac substantivi genitivum perisse coniciamus. Sed conanima, de quibus adeas Friedlaenderi editionem, augere nolo in re difficiliore quam fructuosiore.

Saturnum regno expulsum Romae benigne recepisse traditur Janus, de quo Ovid. F. I 139 sq. *sic ego prospicio caelestis ianitor aulae Eoas partes Hesperiasque simul*; quare dicitur bifrons Vergil. A. VII 180. XII 198, Auson. V 3, 2. VII 5, Prud. c. Symm. I 233. peristeph. 2, 449, Apoll. Sidon. c. 23, 307 (cf. c. 7, 10 sq. *iam nocte bifrontes, anceps Jane, comas*), carm. contra pagan. A L Riese 4, 93 (P L M Baehrens. III 291), A L 852, 3, quod carmen Riesio recentius visum est, denique Amarc. serm. II, 130, ubi Prudentium Amarci auctorem esse statuit Manitius. Porro biceps Ovid. F. I 65, P. IV 23 (cf. F. I 95 *ancipite imagine Janus*); denique biformis Ovid. F. V 424 et in dei invocatione *Jane pater, Jane tuens, dive biceps, biformis*, quam Septimii Sereni asservavit Terentianus Maurus p. 1889; cf. syllogae quam Rutilio Namantiano adiecit Luc. Muellerus fr. 23 p. 48 sq. = FPL Baehrens. p. 387 fr. 23.

Sequantur dei hi: Amor pinniger Lucr. V 1074. aliger Vergil. A. I 663, Val. Flacc. VII 171 (*Venus mater aligerum amorum*) Luxor. epith. Fridi A L Riese 18 = P L M Baehr. IV 237 v. 27 aperta Vergili aemulatione. aliger = amor Ennod. I 4, 49 Hartel, aligeri (vagi) = amores Arator de act. apost. (Migne 68, 65 sqq.) II 8, = cupidines Sil. VII 458.

Apollo arcitenens: Verg. A. III 75 pius arc., quem sequitur Sil. V 177, deus a. Ovid. M. I 401, pater a. Stat. silv. IV 4, 95, Ach. I 682; adde Apollin. Sidon. c. 1, 7. 23, 266, Coripp. Joh. I 458, ubi absolute dictum est. Accedit eiusdem dei epitheton singulare arcipotens Val. Flac. V 17.

Insero hoc loco etiam haec: auricomus Phoebus Mart. Capell. I 13. Eyssenh. (cf. Val. Flacc. IV 92 Sol auricomis urgentibus Horis e. q. s.) flammicomus Sol Avien. orb. terr. 1089, Holder., flammiger S. Val. Flacc. V 581, Dracont. c. 10, 473

semiviri chori (corybantum) Sil. XVII 20. Ex poetis christianis agnifer = Christus (Juvenc.) triumph. Christi heroic. 54, claviger aethereus = Petrus Arat. act. apost. I 899, Aldhelm. poem. de aris II p. 119, vers. in honor. apost. p. 129, novem vit. sanct. I 29 ed. Harster.

Duhn., ignicomus Sol Auson. epist. VII 2, 8 Schenkl. Juvenc. lib. evang. III 1 Marold.; flammivomus S. Venant. Fortunat. c. III 9, 3 Leo, ignivomus S. (Juvenc.) triumph. Christi (Migne 19, 53 sqq.) v. 4; denique lucifluus ortus Solis Juvenc. lib. evang. III 293.
Bacchus thyrsiger vocatur Naev. trag. 9, 37 Ribb., Pallad. de insit. (Wernsdorf. poet. lat. min. IV 135 sqq.) v. 87, Prudent. c. Symm. II 858, cf. Senec. Phaedr. 753 *thyrsigera Liber ab India*; adde thyrsiger Lyaeus Senec. Med. 110; eiusdem epitheton est thyrstitenens A L Riese 751, 2 (P L M Baehr. III 304), quod reddidit Baehrensius etiam Vespae versui 44 (P L M IV 328) pro Baccho absolute positum, ubi thyrsiger scripsit Wernsdorfus. Accedant epitheta corymbifer Ovid. F. I 393, odorifer Auson. XVIII 2, 25, racemifer Ovid. M. IX 285. XV 413. F. VI 483 (capilli).

Martis epitheta habes haec: bellipotens (absol.) Verg. A. XI 8, Stat. silv. I 4, 34. V 2, 179. Th. III 292. VIII 384. IX 832. Ach. I 443. Th. III 577 (deus); (Mavors) Lucr. I 33. II. lat. 532, A L Riese 272, 1 (P L M Baehr. IV 359), belliger deus A L Riese 198, 19 (P L M Baehr. V 322). armipotens (Mars) Stat. Th. VII 78. Auson. XVII 3, 7. 7, 6. (deus) A L Riese 81, 25. 28 (P L M Baehr. IV 269); idem restituit Baehrensius in versibus de Adone et Venere P L M IV 264.

Mercurius est alipes deus Ovid. M. XI 312. F. V 100; idem absolute dictum est Ovid. M. IV 756; porro aliger deus Stat. Th. X 302, caducifer Ovid. M. II 708, F. IV 605, V 449, c. Atlantiades Ovid. M. VIII 627.

Neptunum tridenti pontum moventem Homerum secuti fingunt poetae latini; cf. Verg. A. I 138, Ovid. M. I 283. 330, Sil. XVII 243, Claudian. rapt. Pros. II 181; unde tridentifer dicitur Ovid. M. VIII 596, Apoll. Sidon. c. 22, 158 et tridentiger genitor Ovid. M. XI 202, quorum vice confinxit Sil. XV 159 tridentipotens. Singulariter dictum est salsipotens a Plaut. Trin. 820, ¹⁾ quod in salipotens mutari iusserat

¹⁾ Idem Ciris v. 72 reddere vult Jac. Maehlyus ann. Heidelberg. 1870, 805 (cf. de adiect. p. 20) et Vergil. A. I 216 C. A. Bentfeldius ann. gymn. Berol. 1874, 808. Neque minus quod in Turpili v. 118 Ribb. Neptuni epitheton aliunde ignotum aquipotens restituit Franc. Harder eph.. lexicogr. Woelfflini II 47 coniectura est admodum incerta.

Ritschelius mus. rhen. 31, 535 = opusc. III 151, sive mavis saltipotens cum Buechelero (mus. rhen. huius anni p. 160), qui idem reddi iubet versui A L Riese 21, 2 (P L M Baehr. IV 245).

Vulcanus est ignipotens deus Verg. A. VIII 414. 423. 628. 710. XII 90, Val. Flacc. II 78. V 452, Il. lat. 862 et 106 ex Higtii correctura, Reposian. A L 253, 159 (P L M Baehr. IV 355) idemque tardipes Columell. X 419.¹⁾

Inter deas praepono Minervam, cuius gravis epithetorum est ornatu. Haec audit armifera Ovid. M. XIV 475, A. II 6, 35, F. III 681, VI 421, Tr. IV 10, 13, armigera virgo Il. lat. 400. 545, ubi ante Baehrensium legebatur armifera, quod quia non traditur in codicibus, extinguendum est; qua de re cf. infra p. 22, armigera Tritonis Petron. 5, 9 Buecheler., belligera Martial. VII 1, 1, Senec. Herc. Fur. 901 (Pallas); porro armisona Pallas Verg. A. III 544, Stat. Th. I 535, Val. Flacc. I 74, Sil. XIII 42, Apoll. Sidon. c. 6, 1, Dracont. c. 6, 13, Sil. XIII 42 (diva); adde armipotens Minerva Acc. 127 Ribb. Maximian. eleg. 3, 90 (P L M Baehr. V 366), a. diva Verg. A. II 425; a. Tritonia virgo Verg. A. XI 483, denique bellipotens Minerva Dracont. c. 4, 42.

Diana vocatur arcitenens dea Naev. 58. Acc. 52. 167. Host. bell. histr. l. II, apud Macrob. sat. VI, 5 (reliq. ed. Weichert p. 11), a. Latonia Stat. Th. IV 748. Accedit Diana pharetrata Ovid. A. I 1, 10, Stat. Th. I 535, Apoll. Sidon. c. 7, 30, (Ovid.) ep. 20, 204 (dea), pharetrigera Paul. Diacon. c. 6, 11 (Poet. aev. Carol. ed. Duemmler I 44), bellipotens Stat. silv. I 4, 34, armigera Stat. Th. IX 604, montivaga dea Stat. Ach. I 450.

Ceres legifera Verg. A. IV 58, inser. apud Meyer. A L 1537, 2; frugifera dea German. progn. IV 38 (P L M Baehr. I 192), Claudian. rapt. Pros. II 138; spicifera dea Senec. Herc. Oet. 598, dea spicifera manu German. progn. IV 152 (P L M Baehr. I 199), spicifera virgo Manil. II 442, titul. Henzen. 5863, cf. Buecheler anth. epigr. lat. spec. I (ind. lect. aest. Gryphisw. 1870) X 2.

Cybele turrifera *onerata est corona* Ovid. F. IV 219; Ovid. F. VI 321 *turrigera frontem Cybele redimita corona*; Prop. IV

¹⁾ ed. J. Haeussner in progr. gymn. Karlsruh. a. 1889.

16, 35 *vertice turrigero Cybele*; est turrigera dea Ovid. F. IV 224, turrigera mater Stat. Ach. II 61, turrigera C. Claudian. rapt. Pros. I 180, turrita mater Berecynthia Verg. A. VI 784, turrita genetrix Claudian. de cons. Stil. III 170, turrita Cybele Claudian. rapt. Pros. III 271, turrita Cybebe Apoll. Sidon. c. 7, 31.

Hecate tergemina Verg. A. IV 511, quem sequitur Auson. XXVI 2, 18; triformis dea Ovid. M. VII 94, triformis diva Hor. c. III 22, 4, Ovid. M. VII 177, Sil. I 119, Val. Flacc. VII 395; triformis Hecate Senec. Phaedr. 412. Med. 7. triceps Hecate Ovid. M. VII 194; cf. Claudian. rapt. Pros. I 15 *ternis Hecate variata figuris*.

Isis linigera Ovid. A. II 2, 25. Pont. I 1, 51; Ovid. M. I 747 linigera turba sacerdotum, Claudian. de IV cons. Honor. 573 liniger sacerdos (Isidis), Juvenal. 6, 533 liniger grex (Isidis); Martial. XII 29, 19 linigeri calvi vocantur ii qui colunt Isidem.

Secuntur dii minores, semidei semideaeque nec non heroes.

Centauri bimembres dicuntur Vergil. A. VIII 293, Cornific. in Glauco apud Macrob. Sat. VI 5, Sil. III 41, Stat. Th. I 457, Claudian. de IV cons. Honor. 543, Stat. Th. XII 554 (Ossaei), biformes Stat. Ach. II 165, A L Riese 622, 5 (b. Centaurus), torvi biformes Dracont. c. 8, 322; adde Ovid. M. XII 535 *semihomines cent.*, Ovid. M. II 663 *semifer = centaurus*, Stat. Th. IX 220 *semifer cent.*, Lucan. VI 386 *semiferi cent.*; cf. Manil. IV 230 *biferum centauri corpus* (cf. V 15). Vergil. A. VII 674 *nubigenae centauri*, Claudian. in Rufin. I 329 *nubigenae biformes*, Apoll. Sidon. c. 5, 237 *nubigenae fratres*; *idem absolute dictum est* Claudian. rapt. Pros. II praef. 44.

Eadem similiaque fixa fere sunt singulorum centaurorum. Chiron praedicatur *semifer* Stat. Ach. I 868, *semifer senex* Claudian. III cons. Honor. 61, *semifer magister*¹⁾ A L Riese 198, 14 (P L M Baehr. V 322), *biformis pater* Ovid. M. II 664, *biformis senex* Apoll. Sidon. c. 14, 29, *semivir Chiron* Ovid. F. V 380, Stat. silv. II 1, 89, Ach. II 194; *saturnigena senex* Apoll. Sidon. c. 9, 135. — *Nessus semivir* Ovid. ep. 9, 141, *biformis* Ovid. M. IX 121; *semifer = Nessus* Senec. Herc. Oet. 1470. — *Hylaeus duplex* Stat. Th. IV 140, *biformis* Apoll. Sidon. c. 5, 543.

¹⁾ cf. Apoll. Sidon. c. 23, 195 sq. *nec si Peliaco datus bimembri ad Centaurica plectra constitissem hinnitum duplicis timens magistri.*

Cerberi haec sunt epitheta: tergeminus canis Ovid. A. A. III 322, Tr. IV 7, 16; triceps Senec. Oedip. 581, Theodulf. fragm. de vitiis capital. 192 (Poet. aev. Carol. I 449), triceps canis Cic. ex Sophocl. 41; triformis canis Senec. Herc. Oet. 1202, Avien. orb. terr. 960, Apoll. Sidon. c. 9, 99; triformis ianitor Stat. Th. II 53; tergeminus custos Stat. silv. III 3, 27, tergeminus ianitor Boeth. de cons. phil. III 12, 29 Peiper; adde Stygius canis Senec. Herc. Oet. 1257, Tartareus canis Senec. Herc. Oet. 1770, Martial. V 34, 4. IX 65, 12. Eadem variantur his locis: Verg. A. VI 417 *Cerberus latratu regna trifauci personat*, quem sequitur Sil. II 551 sq. *formaque trifauci personat ianitor aulae*; cf. Claudian. in Rufin. I 294 *turbidus Orci ianitor*; Vergil. G. IV 483 *tenuitque inhians tria Cerberus ora*, Prop. IV 5, 44 *tribus inferum custodit faucibus antrum Cerberus*, Hor. c. II 19, 31. III 11, 20 *trilingue os Cerberi*, Stat. Theb. VII 783 *tergeminos mali custodis hiatus*.

Faunus, Pan: Ovid. ep. 4, 49. F. II 268. V 99 bicornis F.; Ovid. F. II 361 cornipes F., cf. Stat. Th. IV 696; Calpurn. ecl. I 15 corniger F. (cf. Ovid. ep. 5, 137 cornigerum caput Fauni), Dracont. c. 7, 37 corniger P.; Prop. IV 16, 34, Auson. Mos. 172 capripedes P., Ovid. M. XIV 515 semicaper P., Ovid. F. IV 752 semicaper F., Columell. X 427 bifformes P., Martian. Capell. IX 916, 71 Eyssenh. semiferi P., Stat. Th. IX 376 semideus F., Stat. Th. VI 112 semideum pecus; idem vocatur Apenninicola Sil. V 626, ruricola Nemes. ecl. I 14, Lucan. III 402, silvicola Stat. Th. V 582, A L Riese 725, 9, montivagus Nemes. ecl. 3, 17, Senec. Phaedr. 784, montanus Stat. silv. II 2, 106.

Geryones tergeminus Lucret. V 28, Verg. A. VIII 202, Claudian. c. m. 23, 2 (Aurel. Symmach. de Baulis v. 2 = P L M Wernsdorf. t. V); tergeminus dux Claudian. rapt. Pros. II praef. 39; cf. Apoll. Sidon. c. 13, 14 tergeminum caput; triceps Theodulf. de pot. non divid. 1 (Poet. aev. Carol. I 526), ubi legas Duemmlerum, tricorpor Sil. III 422. XIII 201, triformis Senec. Agam. 841, triplex Claudian. in Rufin. I 294, Auson. Griph. tern. num. 32 p. 204 Peiper.

Medusa saxifica Ovid. Ib. 551, Lucan. IX 670, Sil. X 178, Mart. Capell. VI 572, 24, Dracont. c. 4, 44, A L Riese 867, 2;

cf. Senec. Herc. Fur. 901 sq. *Pallas cuius in laeva ciet aegis feroces ore saxifico minas.* — Gorgo anguicomma Ovid. M. IV 699, Stat. Th. I 545, VI 495. XII 647, Dracont. c. 10, 439 (dea): anguifera G. Prop. II 2, 3; cf. Ovid. M. IV 741 *anguiferum caput Medusae.*

Oriona ferum inter sidera venatorem ense armatum fingunt poetae, ut puta Verg. A. III 517 *Oriona armatum auro*, Ovid. M. VIII 207 *strictum Orionis ense*, XIII 294 *nitidum Orionis ense*, Stat. silv. I 1, 44 *quanto mucrone minatur Orion*, Senec. Herc. Fur. 12 *fero minax Orion*, Avien. Arat. 1101 *splendens ense corusco*, Claudian. de VI. cons. Honor. 177 *gladio tremendum Oriona*. Quam ob rem ab Ovidio A. A. II 56 et F. IV 388 dicitur ensiger, quod adiectivum ipse confinxisse putandus est, mutuatum a Lucano I 665, ubi quod traditur ensiferi *nimum latus fulget Orionis* nihil est offensionis in tali varietate, qua de vide infra. Ceterum indignum non est quod adnotetur a Lucano inde evanescere prorsus illud ensiger; ensifer habes Val. Flacc. III 406 (Celaeneus), Stat. Ach. II 129 (tumultus), Th. IV 321 (catervae), Claudian. in Rufin. II 393 (coronae), Coripp. Joh. VII 429 (Nicas), Dracont. d. d. III 471 (catervae), c. 8, 602 (cohortes), c. 10, 579 (aristae). Juvabit etiam hoc observare, id quod non semel observabis, eo nomine dissentire quodam modo Vergilium et Ovidium, quod ille Oriona sidus nimbos procreans praedicat, unde dicitur A. I 535 *nimbosus*, IV 52 *aquosus* veluti Prop. III 15, 61; adde Stat. Th. IX 461 *niger*, Claudian. de cons. Stilich. I 287 *nubilus*, Rutil. Namant. I 637 *procellosus*. —

Artificium illud poeticum, quo dei heroesque epithetis maxime ab origine et natura illorum petitis significantur, ab Ovidio maxime excultum esse, qua in re adiectiva composita eximium suppeditarunt ornatum, spero fore ut etiam ex eis quae passim contuli pateat; cf. supra p. 9 adnot. 1. Hoc artificio Parcae dicuntur sorores¹⁾, cuius rei auctor est Catull. 64, 325; acceperunt id libentissime poster²⁾, saepius epitheto e numero

¹⁾ Itidem significantur Musae (doctae sorores a Tibullo III 4, 55 inde), Furiae (Ovid. M. IV 451 saepe), semel Nereides (Sil. VII 414 aequoreae sorores).

²⁾ cf. Ovid. A. I, 3, 17, Lucan. VI 703, Sil. III 96, XVII 361, Stat. Th. I 632, silv. V 1, 156. V 3, 64, Martial. IV 73, 3. XI 36, 3; ceterum cf. A. Zingerl. zu spaet. lat. Dichtern II, 19 sq.

Parcarum petito, veluti Horat. c. II 3, 15 *sororum fila trium*, Prop. II 13, 44 *de tribus una soror* (idem Ovid. M. X 314 de Furiis dictum est), Ovid. M. II 654 *triplices deae*, VIII 452 *triplices sorores*, Ib. 76 *quaeque ratum triplice pollice netis opus*, Tr. III 802 *monitu Parcarum trium*; porro vocantur durae sorores Sil. I 281. XIII 74, Stat. silv. II 3, 75, Senec. Herc. Fur. 181; *Stygiae sorores* Stat. Th. X 833, Lucan. IX 838, *nigrae sorores* Stat. Th. VI 354, *pigrae sorores* Stat. silv. III 3, 21.¹⁾

Jam accingar ad enarranda quae in rebus geographicis fixa adhibuerunt poetae latini epitheta. Praemitto montes. Parnassi montis duo summa fuisse cacumina, inter quae exoritur Castalius fons, finxerunt poetae (cf. Bursian. geogr. graec. I 157 adn.), ac primus quidem Vergilius ecl. 10, 11, qui de Parnassi iugis dicit; hunc secuti sunt Priscian. perieg. (P L M Baehr. V, 290) v. 456 et Senec. Oedip. 227 *gemina Parnassi nivalis arx*. quocum fere consonat Lucan. V 72 *Parnassus gemino petit aethera colle*. Rem plenius paulo explicat Ovid. M. I 315 *mons ibi verticibus petit arduus astra duobus nomine Parnassus*, eidemque M. II 221 debetur huius montis epitheton biceps; quod acceperunt Persius prol. 2, Senec. Oedip. 281, Sil. XV 311; huius vice novavit Statius Th. I 628 *bi vertex*, acceptum quod vidi uni Apollin. Sid. c. 22, 233. epist. IX 15, 27, quod manifesta imitatione huc fluxisse fugit E. Geislerum de Apoll. Sidon. studiis Vratisl. 1885 p. 19 sqq.; eiusdem collectiones affixae quoque sunt editioni Luetjohannianae.

Modo agnovimus artam inter Senecam et Lucanum vicissitudinem, de qua re satis constat. Quam vero ut comprobaret et aliis argumentis et hoc usus est Ant. Zingerleius zu spät. lat. Dichtern II (1879) p. 46 adnot., quod ab utroque montium epitheton usurpatur pinifer, quo adornatur Olympus Senec. Ag. 346, Ossa Lucan. I 389, ubi quod in codicibus quibusdam est nubiferae spero fore ut ex eis quae sum explicaturus falsum esse intellegas. Etenim etiam hac in re praeiit Vergilius Atlantem montem describens A. IV 247 sqq. *cinctum adsidue cui nubibus atris piniferum caput et vento pulsatur et imbri*, quem

¹⁾ ubi caveas ne alterum locum corrigas ex altero, neque minus temerarium est Claudian. in Rufin. I 122 *pigra Tartara* corrigere velle ex Vergil. A. VI 134 *nigra Tartara*.

loco imitando expressit¹⁾ Silius I 201 sqq. ita tamen, ut caput diceret *nubiferum* v. 203; sed cf. v. 206 *pineae silva*. Porro *pinifer* dicitur *Atlas* ab Ausonio XIII 2, 21, eodem epitheto adornatur, ut locos quos supra attuli omittam iterum adscribere, *Mae-nalus* Vergil. ecl. 10, 4 (cf. Ovid. F. III 84 *pinigerum Fauni Mae-nalis ora caput*), *Vesulus* Vergil. A. X 708, *Ida* Stat. silv. III 4, 12; accedit *pinigerum Lechaeum* Stat. Th. VII 97 et *piniger Othrys* Val. Flacc. VI 393, ubi corrigere velle ita ut a verbo ferendi deductum substituatur compositum, temerarium est non minus quam Theb. VII 272 *pinigeris in agris* et XII 225 *pinigeri Simoentis*. Adde Ovid. P. I 8, 43 *piniferis in collibus*, Lucan. II 431 *piniferae rupes*, Sil. IV 744 *piniferum caput (Apennini)*, V 614 *pinifer vertex (silvarum)*, Avien. orb. terr. 1044 Holder. p. *Casii arces*, ubi Schraderus praeter necessitatem nubiferas scribere voluit. Denique metri necessitate provectum est quod finxit Avienus or. marit. 555, quem versum scribo „*qua piniferto stat Pyrene vertice*“; adiectivo singulariter conficto quod olim cum Meinekio correxeram (de adi. p. 35), ut evaderet formatio pinifetus non minus singularis, nunc iam satis praesidii paratum esse puto²⁾ eo quod traditur apud Festum p. 91, 10 Muell. florifertum, cuius de formatione non licet dubitari, cum sit in glossis Labaei explicatum voce *ἀρθοφόρα*, etsi quid significetur dicere adhuc non liquet. — Atque satis iam constare videtur pinifer stabile quodam modo montium fuisse epitheton, etsi ut alios mittam, de Atlante statui non potest eum pinus aluisse; qua de re cf. Heyn. ad Vergil. l. c., Ernesti. ad Sil. I 201 sqq.

Pergo dicere de Atlante, qui *caelum vertice fulcit*³⁾; itaque eius est proprium epitheton caelifer inventum a Vergilio A.

¹⁾ Cholevii de epithetis Vergilianis eisque quibus posteriores Silius maxime utuntur dissertationem Regimonti a. 1865 edit. diu quaesitam ut inspicerem mihi non contigit. Nonnulla composuit J. Groesst 'quatenus Silius a Vergilio pendere videatur'. Halis Sax. a. 1887 p. 53 sqq.

²⁾ cf. etiam Avien. orb. terr. 1204 *telus ferta*, quod adiectivum est antiquissimorum. Ceterum consentior hac in re cum Franz. Skutschio qui libelli quem de formatione nominum latinorum modo editurus est (cf. §. 25), schedulas ut inspicerem, benigne permisit.

³⁾ Vergil. A. IV. 247; ad rem cf. VI 796, Ovid. M. IV 631, Senec. Herc. Oet. 1343. 1905 sq., Sil. I 202.

VII 796 acceptumque Ovid. F. V 13, Sil. XV 142, Stat. Th. V 430, silv. I 1, 60, Avien. Arat. 575; adde Priscian. perieg. v. 74 *caeliferasque tenens Atlans stat monte columnas* et Senec. Herc. Fur. 523 *caelifera manu Herculis*, ubi sensus adiectivi non alius est atque si apponitur Atlanti; hic enim est mons idemque heros apud poetas.

Porro montes ad nubila tollentes caput designantur adiectivo nubifer¹⁾, quod novatum²⁾ ab Ovidio Apennini montis est epitheton M. II 226, fixum deinde fere est Alpium; cf. Sil. IV 2, Lucan. I 689. III 299, Claudian. cons. Stilich. III 307, IV. cons. Honor. 442, Paulin. Petricord. de vita Mart. (ed. M. Petschenig poet. christ. minor. I) I 202. Eodem vero minores quoque montes et promunturia nec non rupes ornantur, ut puta Carambis Val. Flacc. VIII 214 (cf. IV 599 *nubifera surgentem rupe Carambin*), Haemus Claudian. in Rufin.

¹⁾ cuius sensus apte illustratur Dicuili de montibus (Poet. aev. Carol. ed. Duemmler II 667) v. 23 *mons Pelion tollens caput inter nubila condit*, ubi clausula versus repetita est ex Verg. A. IV 177, X 767; ceterum cf. Ernesti ad Sil. IV 747.

²⁾ Nisi forte mecum facis de Tibulli versu I 4, 44, ubi scribere proposui (de adiectiv. p. 21) *venturam admittat nubifer Euris aquam* cum aliis de causis tum quia stabili usu haec coniunguntur; cf. Lucan. II 459, Stat. Th. I 193, Sil. X 322, A L 484, 14 Riese = PLM Baehr. V 384. Eodem enim spectant cetera eius venti epitheta, qualia acer Sil. XVII 250, niger Val. Flacc. II 365, rapiens Senec. Thuest. 360, rapidus Claudian. in Olyb. et Prob. cons. 100, saevus Prop. III 22, 35, torquens Val. Flacc. I 639. Porro nubifer quoque Notus Ovid. ep. 3. 58, Val. Flacc. II 506, Avien. orb. terr. 1110. Euris semel dicitur imbrifer Prudent. Apoth. 661, quod peculiare quodam modo est Austri Ovid. M. XIII 725, Stat. silv. V 1, 100, Avien. orb. terr. 1235. Hic enim est aquaticus Ovid. M. II 853, calidus Ovid. M. VII 532, Claudian. de bell. Get. 59, lenis Ovid. M. XI 192, madidus Claudian. de cons. Stil. III 103 (cf. de VI. cons. Honor. 541), nebulosus Senec. Med. 583, niger imbribus Stat. Th. V 705, nubilus Prop. III 8, 56, Ovid. M. XI 664, Stat. silv. III 3, 96, Th. XI 520, placidus Ovid. M. VIII 3, pluvius Ovid. M. I 66, Senec. Agam. 93, udus Stat. silv. I, 6, 78, umidus Stat. silv. II 4, 28, Claudian. de cons. Stil. II 395. Addo horrifera Boreas Ovid. M. XV 471, A. I 65, h. Aquilo German. Phaen. (PLM Baehr. I 145 sqq.) 23, Avien. Arat. 96. — Ceterum loci Tibulliani corruptela imbrifer arcus nescio an huc transluxerit ex recordatione posteriorum, ut puta Stat. Th. VII 427. IX 405; cf. Senec. Oed. 315 Iris imbrifera et Stat. silv. III 3, 81 Thaumantis imbrifera.

I 334, Leucates Claudian. bell. Pollent. 185; denique idem dicitur de Mysiae rupibus Avien. orb. terr. 975 et Corsicae montibus Rutil. Namant. I 432 Muell. (P L M Baehr. V 20). Sero denique tempore nubigerum Troiae caput dicitur Troil. Alberti Stad. IV 546 Merzdorf. ¹⁾

Addo Atlantem singulariter dici astrigerum Stat. Th. VIII 315, ubi discrepant codices, sed fulcimen quoddam sumas e versu Th. X 828, ubi astrigeri dicuntur axes. Talia enim Olympi sunt, veluti Juven. lib. evang. III 225 et Aldhelm. de laud. virginum p. 171 Giles astrifer, Ennod. c. II 60, 3 et vita S. Cassiani (novem vitae sanct. metric. ²⁾) ed. G. Harster p. 64 sqq.) v. 86 astriger; eiusdemque flammifer Val. Flacc. I 4, flammiger Avien. Arat. 114, adde stelliger Senec. Herc. Oet. 1907, Aldhelm. de Basil. aedif. p. 116 Giles. Atque satis memorabile est eadem et similia epitheta sexcentiens fere promi coniuncta cum voce caeli eisque quae spectant ad id designandum. Adponam quae collegi. Caelum astrigerum Dracont. c. 10, 11, Mart. Capell. ³⁾ II 192, 32. VII 802, 7, corusciferum Mart. Capell. VIII 808, 4, flammigerum Stat. silv. III 1, 181, signiferum Lucan. VIII 172, stelliferum Coripp. in laud. Justin. II 13, stelligerum Sil. II 289, Aldhelm. de laud. virginum p. 136, de octo princ. vitiis p. 213 Giles. axis sive idem significat quod caelum sive de Phoebus currus axibus dictum nominatur astrifer Lucan. IX. 5, Stat. Th. VIII 83; astriger Stat. Th. X 828, Arator. de act. apost. I 33, Ennod. I 1, 1, flammiger Stat. silv. IV 3 136, ubi discrepant codices, ignifer Ovid. M. II 59, mundiger A L Riese 240, 12 (P L M Baehr. IV 346), stelliger Stat. silv. III 3, 77, Prudent. Hamart.

¹⁾ Aetnae ne desiderentur epitheta, adnoto Statiana ignifera Ach. I 490. Th. V 50, vaporifera Th. VI 716.

²⁾ E quibus quae exscripsi nova vel inusitata nolo retinere: IV 212 scortisequus 422 altipetax V 42 septigenus 43 septiformis VI 80 orbicola 116 orbigena (utrumque idem quod homo) 227 Sicambrigena 554 raucificus VII 299 signipotens 446 pulchrificus.

³⁾ A quo composita a vocabulo astri petita valde amari iuvat adnotare; cf. praeter locos supra laudatos astrifer IX 888, 26 astriger I 91, 1 VIII 808, 1 astrificus II 98, 1 VI 584, 14 astriloquus VIII 808, 14 astrisonus IX 911, 1.

906. — orbis astrifer Mart. IX 20, 6, Stat. Th. II 400, flammiger Mart. Capell. IX 902, 1, ignifer Lucan. III 41, A L Riese 587, 4 (P L M Baehr. IV 135), signifer Cic. Phaen. 564. 586. 609 Baehr., stellifer Boeth. de cons. philos. I 5, 1 Peiper., stelliger Cic. Arat. 238 (P L M Baehr. I 17). — polus, quod idem est quod caelum primum Vergil. A. III 586, Ovid. F. I 654, dicitur astrifer Martial. IX 20, 6, astriger Venant. Fortunat. VIII 7, 220, A L Riese 580, 2 (P L M Baehr. IV 134), ignifer Senec. Herc. Oet. 1362, signifer Lucan. III 254, stellifer Senec. Phaedr. 785, (Lactant.) de ave Phoenice (A L Riese 731) v. 112, A L Riese 585, 2 (P L M Baehr. IV 135). Denique addo astrigera aula Avit. Vienn. (Migne t. 88) de mos. hist. gest. I 325, (Juvenc.) in exod. 615, in Jos. 409 (ed. Pitra spicileg. Solesm. I p. 171 sqq), astrigera sedes (Juvenc.) select. fragm. v. 188, Mart. Capell. VIII 808, 1, astriger thronus Venant. Fortunat. de excid. Thuring. IV 40, astriger cardo (Cyprian.) Genes. (Hartel t. III app. 283 sqq.) v. 80.

Jam quoniam hanc in rem delapsi sumus, sistamus paululum pedem maxime B. Deipseri¹⁾ causa, qui cum post eam quam Forcellini s. v. fero et gero et Pauckerus²⁾ congesse- rant indigestam molem adiectivorum in fer et ger exeuntium, cum cura illustrare conaretur cum formationem tum notionem, haud una in re videtur errasse multaque reliquit corrigenda. Atque primum quidem temporum seriem, saeculo maxime se- cundo seriores poetas parum respexit, veteribus tamen inter- miscens sera demum aetate conficta nimis subtiliter in re versatus esse putandus est, quippe qui complurium adiectivorum ab eodem substantivo et verbo ferendi aut gerendi deductorum statuerit diversam notionem. Tenendum vero est talem varietatem, cuius passim iam illustratae a nobis testes sint indices modo congesti, notione nequaquam diversa vel optimis gratam fuisse, veluti ut exempla augeam passim allata, eodem adhi- betur sensu apud Ovidium securifer M. XII 455 (Pyracmon) et

¹⁾ über die Bildung und Bedeutung der lat. Adjectiva auf fer und ger. progr. Bromberg. a. 1836 edit.

²⁾ cf. spicil. addend. lexic. lat. Mitav. 1875 p. 212 sqq. adnot. 60—62; Paucker Vorarbeiten zur lat. Sprachgesch. ed. H. Roensch Berol. 1884 I p. 71 epimetr. II. — addend. lexic. lat. Dorpat. 1872 p. 18.

securiger ep. 4, 117 (puellae = Amazones), tridentifer M. VIII 596 et M. XI 202 utrumque Neptuni epitheton, turrifer F. IV 219 et turriger F. VI 321, ubi de Cybelae corona dicit poeta, et F. IV 224; sed ipse talia facile angebis ex indicibus. A primi vero saeculi poetis haud unum hac in re novatum est, sicuti Lucanus I 665 parcissimus in novis fingendis detriti vice ensigeri Orionem dicit ensiferum; de quo subtilius quam verius suspicatur Deipserus (p. 19) poetam scribentem *ensiferi nimium fulget latus Orionis, imminet armorum rabies* significare voluisse armorum rabiem procreari ab Orione qui ensem fert, non gerit. Haec nihili sunt. Adde eiusdem poetae novum laurifer V 332, quo currus designantur non alio sensu atque currus laurigeri Stat. Th. VIII 174, Claudian. cons. Stil. III 21; idemque Lucan. VIII 25 iuventae epitheton; porro flammiger I 48.¹⁾ 415 (Titan). Accedunt eiusdem aetatis Senec. Med. 685 squamifera turba sc. piscium, qui a Lucretio inde (I 162. 372. 378. II 343. 1083) usque ad undecimi p. Chr. n. saeculi poetam Amarcium serm. III 639 dicuntur squamigeri, eiusdem Phaedr. 785 stellifer (polus), Statii Th. X 828 astriger (axes; cf. VIII 83 astriferos axes), Prudenti perist. 11, 235 (ortus), a quo Christus dicitur salutifer perist. 13, 91, et Ausoni V 1, 10 salutiger (parens), VI 26 (Juppiter), epist. 24, 4 (libelli), Draconti d. d. I 212 et Orest. trag. 805 somniger, ubi alter locus alteri est praesidio; qui si soporem dicit somnigerum, non est cur turgidius hoc dictum ei exprobremus cum Rossbergio Material. zu einem Commentar. üb. die Orest. trag. Hildesheim. II (1889) p. 92; conferas enim Ovid. M. XI 586 soporiferam somni aulam, Lucan. III 8 soporifer somnus, Petron. 128, 1 soporifera somnia. Addo denique Corippi Joh. III 164 lanifer gregis epitheton eodem sensu atque ab Ennio inde sat. 42 Vahl. et Lucretio (II 318 saepe) per-vulgatissimum laniger ipsi Corippo acceptum in laud. Justin.

¹⁾ codd. discrepant, ed. princ. flammiferos. Sed nescio an loco praesidii aliquid redundet ex Ennodi versu I 1, 3 Hartel, qui eodem epitheto designat Titana, quod alias non legi; cf. etiam quod idem scribit II 84, 4 *Titan flammigero vertice*. Ceterum Lucanum ab Ennodio lectitatum esse satis constat locis ab Hartelio passim sub textu et in auctorum indice p. 612 laudatis, ubi nostros addas locos.

IV 199; praeiit hunc Plin. XIII 14, 90 laniferae arbores; quod idem si variat scribens lanigerae XII 10, 38, nihil mutandum est cum Deipsero (p. 13), qui hoc nisi de animalibus dici non posse praepropere statuit. Atque sensum horum prorsus eundem esse fortasse vel inde concludi potest, quod Aldhelmus epist. ad Acircium de metris p. 288 Giles de dactylicis disserens vocabulis, inter quae enumerat lanifer, affert versum Lucret. I 662, qualis etiam nunc est in codicibus *lanigerae pecudes* e. q. s.

Apparet simul Wernsdorfius, cum contra Schraderum defenderet quod traditur Avien. orb. terr. 996 Pactoli epitheton auriger singulariter dictum, qua de re infra expositurus sum, quam recte iudicaverit increbuisse apud posteros adiectivorum in ger exeuntium usum, id quod exemplis plenius affirmare nobis reliquit. Vidimus Minervam apud Ovidium audire armiferam, postea vero armigeram, qua de re cf. supra p. 12; quod vero eiusdem est epitheton belligera, huic satis paratum videtur veniae a dicendi usu. bellifera dicitur Italia Claudian. in Eutrop. I 429 non quod movit bella, ut visum est Deipsero p. 8, sed quia tulit sive vidit multa bella, sicuti est apud Apollin. Sidon. c. 9, 71 *et pugnantibus hinc et hinc aristis supra belliferas madere glebas*. Porro mecum animadvertisti Saturni epitheton falcifer semel mutatum esse ab Ausonio in falciger, de quo falsissimus est Deipserus p. 20. Sed ne longus sim, satis habeo nunc adicere nova huius generis: anguiger A L 761, 49, contiger Paul. Nol. (Migne 61) 23, 188, fasciger Paul. Nol. 21, 374, floriger C I L III 686 v. 18 (pratum), Arator. act. apost. I 20 (hortus) non alio sensu atque floriger Lucret. III 11 (saltus), Senec. Oed. 662 (ver), fraudiger (Cyprian.) Genes. 114, lymphiger Coripp. Joh. IV 145. VIII 246, triumphiger Dracont. satisf. 22 (bella), ubi attendas notionem; denique vulniger Walthar. 1389. Adnoto etiam apium epitheton mellifer Ovid. M. XV 383 et Claudian. rapt. Pros. II 127 (mellifer exercitus apium) mutatum esse in melliger ab Aldhelmo octost. 9, 1 Giles; denique adscribo ex poetis aevi Carolini almiger (auriger) carmiger clariger famiger frondiger palmiger saltiger unguiger. In epithal. Laurenti autem (A L Riese 742, P L M Baehr. III 295 sqq.) versu 61, ubi

traditur singulare *votigerique ignes* cur adstipulemur Luc. Muellero mus. rhen. 22, 95 corrigenti ex versu 15 *molliā* votifero *dempsisī vellera ferro* nullam esse causam monueram l. l. p. 37 adn.; cf. etiam A L 95, 3 *votiferae flammae*; qua in re mecum consentire video novissimum editorem Baehrensium; Muellerum secutus est Jeepius, qui carmen adiecit Claudiano, quocum vulgo ferebatur. In Draconti vero Oresti tragoedia versus 86 initium in libris depravatum recte ex Dracont. c. 10, 285 restituitur plectriferi *germana dei* e. q. s.; cf. nunc K. Rossberg. l. l. I (1888) p. 15.

Neque vero varietas solum talium formationum posteris fuit grata, sed notio etiam genuina haud semel est mutata. Quo usque autem serae aetatis poetis hac in re progredi licuerit, etsi certis finibus circumscribere velle res plena est aleae, equidem etiam nunc quod traditur in carminis de aegrit. Perdiccae (P L M Baehr. V 112 sqq.) versu 116 *tales* triste feras *reddit de pectore voces*, conectere malo, ut passivo sensu adhibitum sit hoc novatum, quam accipere correcturam Baehrensi tristificas aut obsequi K. Rossbergio (Fleckeis. ann. 1878, 429), qui participium veluti sonans perisse suspicatur. Praesidii fortasse aliquid nostro loco redundat ex eis, quae eiusdem fere aetatis auctor carminis de philomela (A L Riese 762, P L M Baehr. V 363 sqq.) non minus audacter scribit v. 42 *inque* paludiferis *butio butit aquis*, ubi caveas ne corrigas, quamvis lenis correctura sit ad manus ludenti paludificis vel mavult paludigenis,¹⁾ e quibus illud ignotum, hoc passivum habet sensum A L 94, 1 (papyrus). Restant Apoll. Sidon. ep. IV 8 *pistriger* quod Tritonis epitheton nisi passivo sensu dictum explicari non potest, et Aldhelmi de laud. virginum 1466 (p. 176 Giles) *piscifer vates*.²⁾ Sed antecessit eos fortasse

¹⁾ Sicuti quod in Auson. Mos. v. 45 a libris compluribus mendose traditur *limigeris ulvis* diu correctum est ex ceteris codicibus et acceptum cum Bipontina a Boeckingio Peipero Schenkelio. — Similiter quod traditur (Cyprian.) de resurrect. mort. (Hartel III app. 308 sqq.) v. 209 *florigenis hortis* Aldhelmi tulit correcturam *florigeris*, quo iure nescio.

²⁾ Unde nescio an rectum sit, quod traditur Cassiodor. de anima praef. (edit. Genev. a. 1663) *desideramus etiam comprehendere altitudinem aetheris, mensuram telluris, nubigeras pluvias* e. q. s.; neque opus est correctura

M. Tullius Cicero, cuius in formatione adiectivorum compositorum nonnulla esse peculiaria quae seris saeculis vel repetuntur vel sunt imitationi, monui de adiect. p. 7. 30. al. Eius Isidor. orig. XIX 1, 20 tradidit versum (F P L Baehr. p. 305 fr. 20) hunc *tunc se fluctigero tradit mandatque paroni*, ubi falsum esse compositum a Nobbio inde iudicant viri docti; et varia tentata sunt, de quibus adeas Baehrensium; equidem dubito num iure hoc damnaverint critici; Deipserus vero (p. 29 sq.) quod restituit fluctiferi (flutenertragend) navis epitheton, ne huic quidem condonaverim poetae, quia dici nequit.

Unum addo. Sicuti enim apud infimae aetatis scriptores adiectiva in ficus exeuntia saepissime perdiderunt genuinam notionem, veluti deificus¹⁾ glorificus²⁾ gratificus³⁾ sanctificus⁴⁾ vulnificus⁵⁾ eadem sunt atque divinus gloriosus gratus sanctus vulneratus, ita ab eo, qui saeculo sexto vel septimo in Hispania scripsit Hisperica famina,⁶⁾ aurifer (lunula), carnifer (perna), clarifer (solum), lignifer (intercessus), mortifer (cadaver), propriifer (facinus, orgium, solium, editrix) non alio adhibentur sensu atque aureus carneus clarus ligneus mortuus proprius, ut talia esse composita magis magisque evanuisse memoriam tuo iure conicias.⁷⁾ Sed praeierant hac in re alii, prosarii maxime.

Jam ut mittam talium compositorum formationem alio fortasse loco plenius explicandam, quae res ad iustum finem perduci nequit, nisi simul cum horum compositione a verbis

qua Stat. silv. V 2, 131 nubigeras *clipeos* Heinsius emendavit in nubigenas Compositum sensu activo sera aetate adhibetur ab Alberto Stad., qua de re cf. supra p. 17. Idem apud Isidor. etymol. X 195 Areval. *niger quasi nubiger, qui non serenus, sed fusco opertus est. Unde et nubilum diem tetrum dicimus*, quo sensu explicandum sit, in dubio reliquendum est.

1) Cyprian. de zelo et livore c. 15 Hartel; ceterum cf. C. Paucker Mélang. gréco-rom. III 618. E. Woelfflin. ann. lexic. V 498. H. Rönsch semasiolog. Beitr. II (1888) p. 8. auct. de aleatorib. ed. A. Hilgenfeld adn. p. 72.

2) Orient. common. II 163 Ellis.

3) Paulin. Petricord. de vit. Mart. II 724.

4) (Juvenc.) genes. 733 (os).

5) Maximian. eleg. V 78, quod librorum auctoritate satis tutum ante Baehrensium mutabatur in vulniferum.

6) Sequor Paul. Geyer. in Woelfflin. ann. lexic. II 258 sqq.

7) Idem scriptor sibi indulsit novum lanigerosus.

facere fluere¹⁾ gignere illustrantur deducta, quibuscum saepissime illa confunduntur, utque summam faciam huius disputationis partis, nihil offensionis esse apparet in tali epithetorum varietate et optimis grata et posteris adaucta notione saepissime haudquaquam diversa; caveantque viri docti ne parum auctoritatis tali in re tribuant codicibus.

Sed redeo in viam et epithetorum illustrabo ornatum qualis adhibeatur in fluminum descriptione. Quotienscunque vero Hispaniae describantur opes, Tagi fluminis fit mentio, quod aurum secum fert; veluti (Vergil.) catalept. 11, 52 *aurea flumina rapidi Tagi*, Ovid. M. II 251 *quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum*, Martial. I 49, 15 *aureus Tagus*, X 16 4 *aurea unda divitis Tagi*, VII 88, 7 *si me Tagus impleat auro*. Senec. Thuest. 354 *aut unda Tagus aurea claro devehit alveo*, Herc Oet. 625 *aurato flumine Tagus*, Stat. silv. I 2, 127 *fulvoque Tagum decurrere limo*, silv. I 3, 108 *et limo splendente Tagus*, Juvenal. 3, 55 *omnis arena Tagi quodque in mare volvitur aurum*, 14, 299 *aurum quod Tagus volvit*, Rutil. Namant I 356 *glarea fulva Tagi*. Itaque Tagus *aurifer* dicitur praeunte Catullo 29, 19 ab Ovidio A. I 15, 34, Sil. XVI 450, Martial. X 96, 3. XII 3, 3, cuius vice invenit aurifluus Prudent. c. Symm. II 605; addo Sil. I 155 *Tagus nomine auriferi fontis*, XVII 561 *Tagus pallet auriferis arenis* (cf. Solin. 23, 6 Momms. *auriferas arenas Tagi*), Claudian. IV. cons. Honor. 128 *auriferae aquae Tagi*. Accedit quod Silius XVI 25 Hispaniae arva nominat aurifera et III 401 eandem terram dicit auriferam, ad quem locum cf. Stat silv. III 3, 89 *quicquid ab auriferis eiecat Hiberia fossis*; denique Martial. X 20, 1 Salonis Hispaniae fluminis oras nominat auriferas.

Idem fere de Pactolo Lydiae flumine observatur. Asiae enim qui describit opes, Pactoli arenam auream esse vix unquam omittit commemorare; cf. Vergil. A. X 142, Prop. I 6, 32, IV 17, 28, Ovid. M. XI 87, 137 sqq., Senec. Oed. 468, Phoen. 605, Claudian. in Olybr. et Prob. cons. 53 sq.,

¹⁾ Veluti dignum est quod observetur a verbo fluere quae ducuntur cum a Prudentio inde et Paulino Nolano magis magisque increbuisse, tum posteris eorum loco quae exeunt in fer, saepe fuisse in usu, id quod una alterave in re ex nostris quoque elucet indicibus.

in Eutrop. II 172, Tiberian. (P L M Baehr. III 261 sqq.) 2, 21 sq., quem sequitur Octavianus A L Riese 21, 207 sqq., adde A L 941, 35 sq. (P L M Baehr. V 423), quod carmen suspectum est, adde Walafr. Strab. c. 26, 4 (Poet. aev. Carol. II 348), gest. Apollon. 414 (ibid. p. 496); utroque loco Vergil. A. X 142 a Duemmlero adnotatur. Qua in re notabile est cum saepius Tagum et Pactolum adponi a poetis, veluti Juvenal. 14, 298 sq., Sil. I 234, Claudian. in Rufin. I 102, tum Pactolum quoque ornari epitheto aurifer Tibull. III 3, 29, Ovid. Ib. 298, Lucan. III 209 (auriferis metallis), Claudian. de cons. Stil. III 61 (aurifero Pactoli fonte tumescit Lydia), Priscian. perieg. 792 (P L M Baehr V 312); neque post ea quae supra diximus p. 20 sqq. quidquam habet offensionis, quod idem flumen ab Avien. orb. terr. 996 dicitur aurigerum nihilque mutandum est cum Schradero, qui hoc esse arboris contendit praepropere. Etenim etiam hac in re observatur varietas, sicuti est apud Ciceronem Soph. 43 arbor aurifera eademque Val. Flacc. VIII 110 aurigera (cf. contra V 637 auriferum nemus); adde Senec. Herc. Fur. 240 aurifera spolia Hesperidarum.

Atque sicuti in Hispaniae opibus describendis Tagus, Asiae Pactolus non fieri potest quin commemoretur, ita si Aegypti fit mentio, Nili praedicantur septem ostia; cf. Prop. II 1, 31, Ovid. ep. 14, 107. A. II 13, 9. III 6, 39, M. V 324. IX 774, Val. Flacc. VIII 91, Claudian. in Rufin. I 185, de nupt. Honor. et Mariae 51, c. m. 19, 100, Priscian. perieg. 216, Avit. Vienn. de spirit. hist. gest. I 283 (Migne t. 88. Fabric. poet. vet. eccl. opp. christ. p. 372). Itaque Nilus dicitur septemgeminus Catull. 11, 7, Vergil. A. VI 800, Stat. silv. III 5, 21, adde septemplex Ovid. M. V 187, septemfluus Ovid. M. I 422 et XV 753 (septemflua flumina Nili). Itidem quotienscunque eius fluminis describatur fertilitas, adiectiva adhibentur veluti pinguis Vergil. A. IX 31, Val. Flacc. VII 607, Coripp. Joh. VI 199, Priscian. perieg. 210; tepens Prop. III 33, 3, tepidus Martial. XI 11, 1, Claudian. de bell. Gild. 476.

Mare Indicum gemmas fert, unde gemmiferum dicitur Prop. IV 3, 2, quod accepit Senec. Herc. Oet. 661 *gemmiferas*

aures Eoa in unda; adde gemmifer Hydaspes Senec. Med. 728, qui semel audit aurifer Claudian. Rufin. II 243.

Sequantur Histri fluvii epitheta; binominis Ovid. P. I 8, 11, Sil. I 326, ubi audias Ernestium, Stat. silv. V 1, 89, multifidus Lucan. III 202, septemplex Ovid. Tr. II 189, Apoll. Sidon. c. 5, 471. septenus Stat. silv. V 2, 136.

Rheni epitheta collecta iam a Peipero Auson. p. 465 ne desiderentur, adscribo bicornis Verg. A. VIII 727, Auson., Mos. 457; adde Claudian de bell. Get. 335 *bifido Rhene meatu* et geogr. min. ed. Riese p. 81 sq. Bicornius-Rhenus.

Agmen claudant epitheta urbium et terrarum eorumque qui eas incolunt. Qua in re mirum est quantum posteris fuerit aemulationi, quod satis audacter invenit Horatius c. I 7, 2 *bimaris Corinthus*, quod suum fecerunt Ovid. M. V 407, F. IV 501, Prudent. c. Symm. II. 352, Arat. de act. apost. (Migne 68, 65 sqq.) II 507, Apoll. Sidon. c. 2, 476, Auson. X 13, 3; adde *bimaris Isthmus* Ovid. M. VI 419. 420, VII 405, ep. 12, 27; *Ephyre bimaris* Ovid. Tr. I 11, 5; cf. Stat. Ach. I 407 *bimari Isthmia vallo*, Rutil. Namant. I 300 *Ephyreius Isthmos Ionias bimari litto e findit aquas*, Apoll. Sidon. ep. IX 13 *carm. ult. v. 68 sq. bimari urbe Corinthus.*)

In Libyae descriptione cum arenosam eam terram fuisse commemorant poetae, veluti Verg. A. IV 257, Prop. V 1, 103, Claudian. in Rufin. II 241, tum saepius adhibetur aestifer¹⁾ epitheton, ut puta Lucan. I 206, Sil. I 657, Stat. silv. V 2, 134, semel flammiger Rutil. Namant. I 59.

Libenter etiam in Arabiae opibus describendis commorantur poetae, e quibus primus quantum video Sabaea tura laudat Vergil. G. I 57. II 117. A. I 416 itemque Coripp. in laud. Justin. III 22; praeterea cf. Columell. X 262 odor Sabaeus Stat. silv. V 1, 211. Unde ortum est epitheton turifer sive

¹⁾ eadem fere congegit M. Kulla quaest. Stat. Vratisl. 1881 p. 65.

²⁾ addo aestifer canis (sidus) Verg. G. II 353, Senec. Oedip. 39, Stat. Th. IV 692, Auson. epist. 25, 100, Rutil. Namant. I 638. — Cancer aestifer Cic. Arat. 320, German. Phaen. 524, Sil. I 194; ardens Ennod. I 1, 3, Wandalbert. Prum. 169 (Poet. aev. Carol. II 610), adustus A L Riese 622, 2, calens Claudian. c. m. 27, 9, fervens Martial. X 58, 3, torrens Lucan. VIII 851. X 234; de hoc epitheto cf. Zingerle. l. l. II p. 18.

Arabum Claudian. III. cons. Honor. 71 sive Sabaeorum Val. Flacc. VI 138, Apoll. Sidon. c. 24, 64; illi vocantur turilegi Ovid. F. IV 569, hi odoriferi Stat. silv. II 6, 86 vel odorati Stat. silv. IV 5, 32. In versu autem Lucan. IX 821 adhuc res est incertissima; haesitaverunt alii in clausula versus, equidem aegre persuadere mihi possum recte se habere quod Sabaeorum traditur epitheton fatilegus et novatum a Lucano et singulariter dictum.

Itidem quod invenit Vergilius A. XII 99 Phryges semiviri acceptum est posteris, Martial. IX 20, 8 et Stat. Ach. II 78. In versu autem Verg. A. IV 215 (*Paris*) cum semiviro comitatu, quem suum fecit Prudent. c. Symm. I 135, neque minus apud Martial. III 91, 2 *semiviri Cybeles cum grege* de Phrygibus potissimum dici non inepte conicies.

Adpono etiam haec epitheta: septemgemma Roma Stat. silv. I 2, 191, septemgeminum ingum Romae Stat. silv. IV 1, 26, septemgeminas arces Romae Claudian. fesc. 3, 19, septicollis arx Romae Prudent. peristeph. 10, 413.

Paestum biferum Verg. G. IV 119, Martial. XII 31, 3.

Sicyon olivifera Ovid. Ib. 315, Stat. Th. IV, 50.

Parthi sagittiferi Catull. 11, 7, Avit. Vienn. (Migne, t. 88) de mosaic. hist. gest. I 261.

Reliqua ut in posterum reponamus, iam monet charta. Deus si favet, spero fore ut corrigam quae perperam iudicavi, persequar autem rem, unde quid quisque e communi usu mutuatus sit, possit intellegi, diiudicari quid invenerit novi. —

Index nominum, quorum colliguntur epitheta.

Aetra	p. 19 adn.	Isis	p. 13.
Alpes	p. 18.	Juppiter Hammon.	p. 4. 8.
Amor.	p. 10.	Libya	p. 27.
apes	p. 22.	mare	p. 4 sq.
Apollo	p. 10.	mare Indicum	p. 26.
Arabes (Sabaei).	p. 27 sq.	Mars	p. 11.
arcus	p. 18 adn.	Medusa (Gorgo)	p. 14.
Atlas	p. 17 sq.	Mercurius	p. 11.
Auster	p. 18 adn.	Minerva (Pallas)	p. 12.
axis	p. 19.	montes	p. 16 sqq.
Bacchus	p. 11.	Neptunus	p. 11.
Boreas	p. 18 adn.	Nessus	p. 13.
caelum	p. 19.	Nilus	p. 5. 26.
cancer	p. 27 adn.	Notus	p. 18 adn.
canis	p. 27 adn.	Olympus.	p. 19.
Centauri	p. 13.	orbis	p. 20.
Cerberus	p. 27.	Orion	p. 15.
Ceres	p. 12.	Pactolus	p. 25.
Chiron	p. 13.	Paestum	p. 28.
Corinthus	p. 27.	Parcae	p. 15.
Cybele	p. 12.	Parnassus	p. 16.
Diana	p. 12.	Parthi	p. 28.
Eurus	p. 18 adn.	Phoebus	p. 10 sq.
Faunus (Pan)	p. 14.	Phryges	p. 28.
Geryones	p. 14.	polus	p. 20.
Hecate	p. 13.	Rhenus.	p. 27.
Hister	p. 27.	Roma	p. 28.
Hydaspes	p. 27.	Saturnus.	p. 9.
Hylaeus	p. 13 sq.	Sicyon	p. 28.
Janus.	p. 10.	Tagus	p. 25.
		Vulcanus	p. 12.

Loci plenius explicati vel emendati.

Aegritud. Perdiccae (P L M Baehr V 112 sqq) v. 116 . . .	p. 23.
Aldhelm. de laudib. virginum p. 147 Giles.	p. 5 adn. 1.
Amarc. serm. III 62.	p. 8 sq.
Anthol. lat. Riese 742, 61 (P L M Baehr. III 293) . . .	p. 22 sq.
" " " 762, 42 (P L M Baehr. V 365)	p. 23.
Avien. or. marit. 555.	p. 17.
" " " 996	p. 22. 26.
" " " 1044	p. 17.
Cassiodor. de anima praef.	p. 23 adn. 2
Cic. Mar. fr. 20 (F P L Baehrens p. 305)	p. 24.
Dracont c. 10, 285	p. 23.
Festus p. 91, 10	p. 17
Lucan. I 48	p. 16.
" I 389	p. 21.
" I 665	p. 15. 21.
Martial. V 16, 5	p. 9 sq.
Tibull. I 4, 44.	p. 18 adn. 2.
Val. Flacc. VI 393	p. 17.
Parnassus	p. 12.
Parni	p. 12.
Poenus	p. 12. adn.
Ponius	p. 12.
Ponius	p. 14.
Rhenus	p. 18.
Rona	p. 27.
Sarmatus	p. 27.
Sicyon	p. 18. adn.
Taurus	p. 10.
Valerius	p. 12.

100 Jahre

1871-1971

100 Jahre


100 Jahre

100 Jahre

100 Jahre

Loci plenius explicati vel emendati.

Agrippa, Perthesii, P. M. Bachr. V. 127 pag. 1. 15	p. 10
Alphonsi de sancto virginis p. 140. 141.	p. 11
Amant. vera. III. 62.	p. 12
Antich. hist. Romae. Vol. 61. P. M. Bachr. III. 125.	p. 13
Vol. 62. P. M. Bachr. V. 520.	p. 14
Artem. et. medic. 620.	p. 15
160.	p. 16
1600.	p. 17
Caesarii. Germania. praef.	p. 18
Cl. M. de. 20. II. P. L. Barthelemy. p. 170.	p. 19
Dante. 10. 120.	p. 20
Dante. 10. 120.	p. 21
Dante. 10. 120.	p. 22
Dante. 10. 120.	p. 23
Dante. 10. 120.	p. 24
Dante. 10. 120.	p. 25
Dante. 10. 120.	p. 26
Dante. 10. 120.	p. 27
Dante. 10. 120.	p. 28
Dante. 10. 120.	p. 29
Dante. 10. 120.	p. 30
Dante. 10. 120.	p. 31
Dante. 10. 120.	p. 32
Dante. 10. 120.	p. 33
Dante. 10. 120.	p. 34
Dante. 10. 120.	p. 35
Dante. 10. 120.	p. 36
Dante. 10. 120.	p. 37
Dante. 10. 120.	p. 38
Dante. 10. 120.	p. 39
Dante. 10. 120.	p. 40
Dante. 10. 120.	p. 41
Dante. 10. 120.	p. 42
Dante. 10. 120.	p. 43
Dante. 10. 120.	p. 44
Dante. 10. 120.	p. 45
Dante. 10. 120.	p. 46
Dante. 10. 120.	p. 47
Dante. 10. 120.	p. 48
Dante. 10. 120.	p. 49
Dante. 10. 120.	p. 50
Dante. 10. 120.	p. 51
Dante. 10. 120.	p. 52
Dante. 10. 120.	p. 53
Dante. 10. 120.	p. 54
Dante. 10. 120.	p. 55
Dante. 10. 120.	p. 56
Dante. 10. 120.	p. 57
Dante. 10. 120.	p. 58
Dante. 10. 120.	p. 59
Dante. 10. 120.	p. 60
Dante. 10. 120.	p. 61
Dante. 10. 120.	p. 62
Dante. 10. 120.	p. 63
Dante. 10. 120.	p. 64
Dante. 10. 120.	p. 65
Dante. 10. 120.	p. 66
Dante. 10. 120.	p. 67
Dante. 10. 120.	p. 68
Dante. 10. 120.	p. 69
Dante. 10. 120.	p. 70
Dante. 10. 120.	p. 71
Dante. 10. 120.	p. 72
Dante. 10. 120.	p. 73
Dante. 10. 120.	p. 74
Dante. 10. 120.	p. 75
Dante. 10. 120.	p. 76
Dante. 10. 120.	p. 77
Dante. 10. 120.	p. 78
Dante. 10. 120.	p. 79
Dante. 10. 120.	p. 80
Dante. 10. 120.	p. 81
Dante. 10. 120.	p. 82
Dante. 10. 120.	p. 83
Dante. 10. 120.	p. 84
Dante. 10. 120.	p. 85
Dante. 10. 120.	p. 86
Dante. 10. 120.	p. 87
Dante. 10. 120.	p. 88
Dante. 10. 120.	p. 89
Dante. 10. 120.	p. 90
Dante. 10. 120.	p. 91
Dante. 10. 120.	p. 92
Dante. 10. 120.	p. 93
Dante. 10. 120.	p. 94
Dante. 10. 120.	p. 95
Dante. 10. 120.	p. 96
Dante. 10. 120.	p. 97
Dante. 10. 120.	p. 98
Dante. 10. 120.	p. 99
Dante. 10. 120.	p. 100



TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A 1 2 3 4 5 6 **M** 8 9 10 11 12 13 14 15 **B** 17 18 19

- R
- G
- B
- W
- G
- K
- C
- Y
- M

